

28

616. numm 43.

28. 10. 16.

24

PROBLEMA IURIS ECCLESIASTICI,
AN

STIPENDIVM FAMILIAE EI
SIT CONCEDENDVM, QVI OB
PRAEROGATIVAM ALTERIVS ILLVD
DVRANTIBVS ANNIS ACADEMICIS
CONSEQVI HAVD POTVIT?

AFFIRMATIVÈ DECISVM, 1729, 22

IEHOVA IVVANTE,

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE, IULIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
ET WESTPHALIAE RELIQUA

MODERATORE,

DN. IOH. CHRIST. SCHROETERO,

HEREDITARIO IN WICKERSTEDT,

ICTO ET ANTECESSORE CONSUMMATISSIMO, SERENISSIMOR. DVC. SAX.
CONSILIARIO, CVRIAEC PROVINCIALIS ET COLLEGIORVM IURIDICORVM
ASSESSORE GRAVISSIMO,

PATRONO ATQVE PROMOTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO,

PRO GRADV DOCTORALI

PLACIDO ERUDITORVM EXAMINI, IN ACROATERIO ICTORVM INSTITVENDO,
SVBMITTIT

CHRIST. AVGUST. HENRIC. Heydenreich,

ADV. SAXON. ELECT. IMMATR.

DIE V. OCTOBR. M DCC XXIX.

IENAE, LITTERIS MV





I. I.

§. I.

Tipendiorum materia vtilitate *Scripta*
sua ita se commendat, vt iusti *juris* *stipendiaris*.
tractatus fines sibi deposcere videatur, praesertim cum ne-
mo adhuc hancce materiam
satis meo quidem iudicio ex-
hauserit. Habemus quidem
Dissertationes CASPARI ZIEG-
LERİ de Stipendiis & Stipendia-
tis & ZAVNSCHLIFFERI de
iure stipendiorum ad studia, Opu-
sculis eius iunctim editis insertam, admodum solide
elaboratas : Extat quoque AHASVERI FRITSCHII
Tractatus, verum Politicus magis quam nomicus, de Sti-
pendiis & Stipendiariis, nec non GOCKELII Disserta-
tio de Legatis & Donationibus ad studia, prout quoque
IOHANNES SCHVLZIVS Obligationem studioſi stipendia-
rii

rii deducere voluit ; sed delineationem tantummodo iuris stipendiarii arctis dissertationum limitibus includere licet. Quare cum & ego decreuisssem, Dissertationis inauguralis argumentum in euolutione eius, quod iustum est circa stipendia familiae , constituere, excreuit praeter opinionem labor , in aliam occasionem iam nunc reseruandus , vt cum proposito thema mutare coactus fuerim, in praefentiarum tantummodo Problema aliquod ex iure stipendiario haud ita pridem in summo Senatu Ecclesiastico Dresdeni ventilatum B.L. exhibitus, dum probare annitar, quod stipendum familiae minime ei denegandum sit , qui a proximioribus impeditus illud durantibus annis academicis consequi haud potuit.

*Etymon
vocis Sti-
pendii.*

s. II.

Hoc ut eo melius procedat , operae pretium forte non deerit, si prius generalia quaedam iuris stipendiarii principia praemittam , quam ipsius thematis discussionem adgrediar. Stipendium a Stipe , numero Romanorum aeneo , qui olim militibus praepri mis adpendi consuevit, adeoque quasi Stipi - pendium dictum *I. 27. §. 1. n. de V.S. VARRO Libr. 4. de Lingua Lat. c. 16. PEREZ ad Tit. Cod. de bis, quae non implet. Stipend.* Sicuti vero postea temporis studia militiae comparabantur *I. 14.C. de Aduoc. divers. Iud. GLOSS. ad L. milles n. de Re Iud.* atque huic dediti fago , illi vero togæ, militare dicebantur, stipendiis etiam vocabulum a militia sagata ad togatam translatum fuit, luculento argu mendo, quod stipendum reuera sit species aliqua sala rii seu remunerationis eorum , qui strenue in castris

virtu-

virtutum atque eruditionis militant & quod illud intuitu laboris academici aequae ac seruiriorum reipublicae imposterum praestandorum pendatur.

§. III.

Hoc loco autem stipendium nobis significat praestationem vtilitatis, intuitu studiorum statis temporibus praestandam, cui definitioni accedit illa, quam habet Dn. a SECKENDORFF. in den teutschen Fürsten-Staat. P. II. C. 14. qui stipendium vocat eine jährliche Reichung eines gewissen Geldes vor arme studierende Zugend. Dixi, praestationem vtilitatis esse stipendium, ut pote quod non solum in pecunia parata, sed etiam aliis rebus posit consitui vid. RICHTER Vol. I. P. IV. Conf. 2. in eo vero stipendium a caeteris praestationibus annuis differt, quod illud studiorum intuitu concedatur, quo ipso & finis fundationis eiusmodi piae eminet, nimirum, vt studia in emolumentum reipublicae promoueantur, licet alia fundatoris intentio huic accedere poscit, quo casu tamen haecce semper primaria non immerito reputatur; statis quoque temporibus, adieci, praestandum esse stipendium, cum in hoc forma quasi externa stipendiis consistat atque ad naturalia ipsius pertineat, neque enim quemquam putto, donationem quamvis ad studia statim pro stipendio habiturum esse.

§. IV.

Promotionem studiorum in emolumentum reipublicae intendere, dixi, fundatorem, vt nimirum stipendiarii se ad officia reipublicae obeunda habiles reddant: sicuti quoque tantum non semper median-

A 2

tibus

tibus litteris, quas reuersales vocant, promittere tenentur se absque praescitu Principis stipendium conferentis officia aliena non acceptaturos, sed illi Reipublicae potius seruitia consecratus esse, a qua beneficium acceperunt. *vid. ORD. STIP. ELECT. SAX. C. III.* MAGDEBURG. C. IX. GOTTHAN. *vbi reuersales in fine annexae conspiciuntur COBVRG. §. 7.* nec non SCHVVARZBVRC. §. befinden aber vers 4te. Inde satis perspicuum esse puto, quod stipendium ob labores partim academicos in utilitatem reipublicae suscepitos, partim iutuitu seruitiorum reipublicae impostorum praestandorum soluatur *vid. Cit. ORD. STIP. ELECT. SAX. C. IV.* §. weil aber das ganze adeoque reuera species aliqua sit salarii, quippe quod nihil aliud est, quam laboris operaeue praestitae vel praestandae quae-dam remuneratio ac compensatio *vid. IAC. GOTHOFREDVS de Salario C. I. §. 3.*

§. V.

Stipendi-or. Diuiso in publica au-thorita-te & a pri-uatis con-stituta. Facile autem ex dictis colligi poterit, ab iis solummodo obligationem laudatam ad seruitia Reipublicae praestanda iniungi solere, qui facultate administratos reipublicae constitundi gaudent. Quare sedulo distinguenda sunt stipendia (vt caeteras eorum diuisiones, ad quaestionis propositae decisionem nil quicquam conferentes, praeteream, de quibus videri potest FRITSCHIVS in d. Tr. C. II.) in publica autho-ritate & a priuatis constituta. Licet enim negari non posse, quod & priuati tantum non semper intendant, vt stipendiarii habiles fiant ad munera reipublicae ob-eunda, & salario quoque reipublicae administris quam-

quamvis cum consensu Principis constituere, saltim
summo Principi ius inspectionis atque collaturaे com-
mittere queant, quo casu Princeps eandem obligati-
onem stipendiariis iniungere poterit: attamen
cum penes priuatos non sit reipublicae administratos
constituendi potestas, frustra aliiquid absque effectu in-
tendere non praesumuntur, sed felicitatem potius sti-
pendiariorum & eorum præ caeteris, qui ex familia
corum originem ducunt. Atque ex hac quidem ra-
tione stipendia a priuatis condita revera esse fideicom-
missa familiae, conilitur, prout in sequenti §. demon-
strabitur; quamvis ratione conditionis adiectae etiam
salariorum naturam imitent, cum nimis intuitu la-
boris academicæ sint praestanda, salarium enim etiam
per fideicommissum relinqui posse ex l. 10. n. de Annu-
is Legat. aperte constat. Qua ex ratione etiam mihi
in discutienda quaestione argumenta tam ex mate-
ria salariorum quam fideicommissorum familiae pete-
re licebit.

§. VI.

Deserimus hoc ipso ad aliam stipendiiorum de-
cisionem, cum priori tamen ut plurimum coincidentem, citer & cer-
qua nimis dispescuntur in stipendia simpliciter & tae fami-
liae certae familiae relata. Stipendia publica autoritate hæc reli-
constituta plerisque simpliciter & quidem in fau-
rem pauperiorum condita sunt; quæ vero a priuatis
condita sunt, regulariter pro stipendiis familiae repu-
tantur, quamvis vtroque in casu diuersum quid ex-
pressa dispositione caueri possit. Stipendum vero fa-
miliae est beneficium illis, qui ex certa familia oriun-
datur quid?

A 3

*Stipendia
a priuatis
condita
sunt Stip-
familiae.*

tur, intuitu studiorum statis temporibus praestandum.
 tale est si Pro tali praesumendum esse dixi, quod simpliciter abs-
 a priuato que determinatione a priuato conditum est, quare et-
 simpliciter iam illud fideicommissum familiae esse adserui §. praec-
 est reli- eedenti, cum prouti in omni negotio, ita & hic mens
 fundatoris praecipue inspicienda sit l. 8. pr. π. Mand
 DN. BOEHMER Iur. Eccles. Prot. P. II. Libr. III. Tit. IV
 §. 28. haec vero ex praesunata charitate, qua in pro-
 pinquos plerumque feruntur mortales a. l. 6. C. de Scrutinio
 & aqu. colligatur, quod coniunctis potius, quam
 cuiuis extraneo relictum velit stipendium, quia eos
 praecaeteris maiori amore complecti videtur. l. 168. π.
 de Reg. Iur. L. B. a. PVFFENDORFF de Off. hom. & Ciuit. L. I.
 C. XII. §. 10. Quod ipsum & politica ratio suadet, ut
 nimirum & alii ad imitationem accendantur, si vide-
 ant, quod in decidendis eiusmodi controvensionis semi-
 per ad utilitatem familiae fundatoris potissimum respi-
 ciatur. Et dicta quidem decisio obtinet, et si extranei
 pauperiores, idoneitate, affiditate, eruditio neque
 multo praestantiores adsint. KLOCK. Vol. I. Conf. 36.
 n. 22. BRVNNEMANN. de Jur. Eccles. L. II. C. XII. n. 13.
 MENOCHIVS L. IV. Praefumt. 125. n. 13. Quamuis dis-
 sentire videatur Facult. Iur. Vitemberg. apud HOR-

*Quid si NIVM C. I. Resp. 16. n. 1. nisi tamen pauperioribus tan-
 pauperio- tummodo relictum sit stipendium, quo casu quidem
 ribus reli- pauperiores ex familia fundatoris extraneis pauperio-
 etum sit ribus, non vero aequae ditiores, praferendi sunt ME-
 stipend?*

*Quid si NOCH. Libr. IV. Praef. 125. 13. si vero dictum, daß es de-
 pauperio- venen armes Freunden gegeben werden solle, pauperiores
 bus pro- propinquorum nulla praerogativa gaudebunt, sed praec-
 sumi-
 pinquis?*

Tunitur caussae impulsuæ tantummodo indicandæ gratia adiectum suis vocabulum dñen Armen, prouti Illustr. ICtorum Ordinem hujus loci ad interrogatiōnem Margarethæ Gadegastin, pro filio stipendium Lau- ensteinianum, a Senatu Vinariensi conferri solitum, petentis anno 1613 respondisse, ex Actis percepit, quod responsum Elector Saxonie Serenissimus curatorio Serenissimorum Ducum Saxo-Vinariensium nomine re scripto corroborauit.

§. VII.

Stipendia vero familiae vel sunt absoluta vel mix-
ta. Stipend.
re talia pro varia fundatorum dispositione, si enim fam. sunt
vnice in fauorem familiae sit conditum stipendium, vel abso-
luditur absolutum, si vero defientibus ex familia sub- tavel mix-
iectis alii substituti sint extranei, dicitur mixtum. ta.
Hoc, si plane nihil sit expressum, sed tantummodo
simpliciter absque vlla determinatione relictum sit a
priuato stipendium, praesumitur. Vsus-practicus hu-
ius diuisionis præcipue in eo cernitur, quod stipen- Vsusprz
dium familiae absolutum in casu defientium ex fa- diuisionis,
milia honorata subiectorum non concedatur extra- si subiecta
neis, sed potius pecunia ad honestum lucrum & vsu- ex familia
ras licitas collocanda mihi quidem videatur, vt stipen- defiantur.
diati postea eo maiori fruantur stipendio, vel etiam
si forte contingat, quod familia subiectis idoneis ab-
undet, stipendium pluribus simul concedi possit, hac
enim ratione multo melius testatoris intentionem ad-
sequi possumus, quam si ad alias vsus familiae sti-
pendia impendantur, cum id, quod semel DEO dic-
atum est, ad vsus humanos transferri vterius non de-
beat

beat. c. 51. de Reg. Iur. in 6to. CARPZOIVS P. II. Conf. V. def. 8. NOB. DN. DE BERGER P. II. Supl. ad E. D. F. Conf. 51. n. 1. p. 1464. quamuis dissentiat ZAVNSCHLIF-
FERVS de Iure Stipend. ad stud. C. II. §. 11. si vero si-
pendium familiae sit mixte tale, substituti hoc casu
admittendi, modo omnia subiecta ex familia hono-

*Duobus
stipendiis
familiae
relietis & vni-
co ex fa-
milia su-
perstitis, 168.
π. de R. I.* partim quod conditio, sub qua extranei
quid obti- vocantur, nondum existit, quæ tamen merito expe-
neant? *Standæ est. l. 19. & 41. π. de Condit. & demonstrat. l. 17.*

*π. de R. I. RICHTER. Vol. II. Conf. 22. ZAVNSCHLIF-
FER. de Iure Stip. C. II. §. 13. in fin. si vero filiis ciuium
sit relictum & praecipue illis, qui sunt de familia, filii
ciuium extranei tunc admittendi, si propinquii ex illa
ciuitate deficiant. BERGER Decis. Sum. Provoç. Senat. 99.*

*Quid si fa-
milia ho-
norata
plane defi-
ciat?* nisi circumstantiae aliud suadeant. Familia autem pe-
nitus deficiente etiam stipendum familiae absolutum
authoritate principis conferendum est aliis bene me-
rentibus, cum vero admodum sit simile, testatorem
stipendum familiae ea deficiente in alium similem fi-
nem potius collocari, quam extingui maluisse, atque
voluntas ejus, si non seruari possit in totum, saltim
seruari debeat, quantum potest. *l. 31. π. de Condit. &
Demonstr.* quare nec illos audiendos puto, qui ad aliam
causam piam principis ex arbitrio conuerteri posse sti-
pen-

pendium, adserunt, quum negligatur hac ratione voluntas fundatoris, quod sane plus impietatis quam pietatis continet, nisi tamen fundator aliud quid disposerit. MENOCH. L. IV. Praef. 65. n. 32.

§. VIII.

Dixi in definitione stipendii familiae, quod *Diuersi si-
gnificatus vocis, fa-
miliae.* iis, qui ad certam familiam pertinent, illud conce-
dendum sit; his enim competit ius quae situm, vi cu-
ius alter alterum ab istius perceptione durantibus an-
nis academicis arcere possit. Familiae vero vox va-
riis significatibus gaudet (vt enim illos, qui plane hu-
ius loci non sunt, praeteream, dum nimirum stylo de-
cemuirali hereditatem denotat. l. 195. §. 1. π. de V. S. Rubr.
& l. 2. π. famili. bercisc. & quandoque seruos ac ancillas
designat. l. c. 195. §. 3. π. de V. S. l. 9. π. de Noxal. Act. Rubr.
π. familia si furtum fecisse dicatur. Tit. Inst. de L. Fusia Ca-
nin. tollend.) nonnunquam & in latissimo significatu de-
notat personas cognitionis & adfinitatis vineculo sibi
inuicem coniunctas, l. f. C. de Verb. & Rer. signif. qui
significatus hodie maxime popularis est, eique con-
ueniunt vocabula: amici, propinqui, coniuncti, fami-
lie, Freunde, Ahnverwandten, item die Meinigen, & si
quae sunt similia. Secundo significat personas ab eo-
dem stipite descendentes. l. i. 195. §. 4. π. de V. S. cui
conuenit Germanicae idiomatis vocabulum der Bluts-
Freunde: strictiori vero sensu indigitat personas eo-
dem nomine & clypeo vtentes. c. l. 195. §. 2. verb. com-
muni iure π. de V. S. & in strictissimo demum signifi-
catu si accipiatur vocabulum familiae, illi intelli-
guntur,

guntur, qui communi patrifamilias subiecti sunt. cit. l.
195. §. 2.

§. IX.

Iam vero, cum fundator per agnatos potissimum
dum S. post mortem quodammodo viuere intelligatur & per
pend. fa- eos, eodem quippe nomine & clypeo videntes, eius
mil. a- memoria conferuetur, eosdem prae caeteris fauore
gnatis ac amore maiori complecti atque proinde iis praeser-
tim ac primo loco reliquum voluisse stipendum, praesumendum est. l. 30. C. de fideicommiss. l. 108. & 120. n. de
Condit. & Demonstr. l. 22. de Aliment. leg. l. 32. 88. §. 6. n.
de Legat. 2. ibique GOTHOFREDVS lit. p. LAVTER-
BACH. de magis dilectio Cap. VI. §. 4. Non tamen ideo
cognatus penitus excludendos, puto arg. l. 195. §. 4. de
V. S. cum fauores conueniat ampliari. c. 15 de R. I. in 6to.
& foeminae & qui ex iis nascuntur, amicorum, familiae
propinquorum &c. nomine contineantur. l. fin. C. de
V. & R. sign. MENOCH. l. IV. Praef. 88. n. 4. REBVE-
FVS in l. 195. §. fin. n. de V. S. KLOCK. Vol. III. Conf. 103.
HORN. Cl. 12. Resp. 51. p. 855. NOB. DN. DE BERGER.
P. I. Suppl. ad E. D. F. Tit. XL. p. 460. sed agnatis potius
fubiungendos ZAVNSCHLIFFER. Diff. cit. Cap. II. §. 13.

Et huius sub. Et cum adfines etiam sibi inuicem fratrum libero-
iungendi rumue loco sint. l. 4. §. 7. n. de Grad. l. 8. C. de inutil-
i) adfines & incest. nupt. atque in ORD. ELECT. SAX. ECCLES.
in sensu iuridico Tit. Welche Personen sich in ein Ehegeldbuß mit einander
einzulassen. §. Wie nun. vocentur verwandte Personen, an-
te omnia autem usus, ceu verborum tyrannus, probe
inspiciendus sit, non enim ex opinione singulorum,
sed ex usu communi, nomina exaudiri debent. l. 7. n. de

Supello

supell. leg. cognatos in perceptione sequentur adfines, vere, & hos populariter & in sensu non Iuri-^{& iis 4.)} ridico ita dicti, GOCKELIUS de Legat. vel do-^{populari-}
nat. ad Stipendia, §. 8. in fin. sive legatum sit stipen-^{ter sic di-}
dium alleine oder zu förderst vor die Freude NOB. DN. DE
BERGER. c. l. p. 461. Aliud vero dicendum vide-
tur, si alicui & heredibus stipendium sit legatum, quia
hoc facto ordinem successionis ab intestato obserua-
ri voluisse fundatorem, praesumendum est, aut etiam
si constet, quod testator ad conseruationem nominis
& agnationis respexerit, de quo casu loqui videntur
WERNHERVS P. II. Obs. 466. & CARPZOVIVS L.VI.
Reff. 83.

§. X.

Dictum ius petendi stipendum in iure sanguinis se *Probatio*
fundat adeoque hoc a petente probandum est l. 21. n. *de propin-*
probat. neque cum iis facere possum, qui conjecturas ac *quitatis*
praesumptions hac in probatione plenae probationis vi-
cem subire posse, putant, vt MASCARDVS *de Prob.*
Vol. I. Concl. 409. seq. CARPZOV. *P. III. Conf. 18. def. 29.*
Lege enim non distinguente nec nos distinguere vel
excipere debemus; quamvis enim obiciant commu-
niter probationis difficultatem, eadem tamen, & forte
maiori cum ratione difficultatem probationis in con-
trarium, tanquam negatiuae, huic opponere possem:
quare cum fundatrix foeminam quandam, a qua pe-
tens haud dubie descendebat, appellasset ihre Mühme,
petenti iniunxit iusurandum suppletorium Facultas
Iurid. Vitemberg. *testante* NOB. DN. DE BERGER *P. I.*
suppl. ad E.D.F. Tit. XL. §. 12. p. 470. cum e contrario
B 2 huic

huic assertioni fundatrixis plenam fidem tribuerent.
ICti Francofurtenses; omnem vero eidem denegarent
probationis vim Scabini Lipsienses, potentiique me-
liorem factam legitimationem ad causam iniungerent.

§. XI.

si plures circa stipendium familiae concurrant, praerogativa gradus at-
 Iam vero quaeritur, si subiectis ad studia academi-
 ca idoneis abundet familia, quid obtineat? an praerogatiua aetatis, egestatis, habilitatis aut proximitatis gradus attendenda sit? Aetatis rationem habendam esse, ex eo colligi potest, quod maior natu etiam maiori cum dispendio carere praesumatur stipendio & quod ex natuitate & sanguine ius quaeſitum habere videatur; alii vero ad annos academicos respiciendum putant, ut ille, qui prior academiam frequenterit, prior quoque ad stipendium admittendus sit: pro egestate loquitur fauor eiusdem in iure maximus & sane optandum esset, ut ditiores pauperioribus praerogatiua sponte concederent: Habilitatem vero heic in censum vocandam esse, ex eo alii probant, quod praemia praecipue bene meritis debeantur, cum eo fiat, ut caeteri eo maiori industria atque aemulatione accensi litteras adgrediantur, ne forte proximiores gradu aliis postponantur: His tamen omnibus non obstantibus pro proximitate gradus pronunciandum esse, mihi quidem videtur, ob intentionem praesumtam fundatoris, eo enim maiori charitate quemuis complecti videtur, quo propiori ipsum attingit vinculo L. 168. n. de R. I. & quaelibet dispositio ita interpretanda est, ut proximus quisque videatur inquitatus atque vocatus, ut in materia fideicommissorum

forum familiae responderunt PAPINIANVS in l. 69.
 §. 3. & MODESTINVS in l. 32. §. 6. π. de Legat. 2.
 l. 29. §. 1. de Lib. & Poſtb. RICHTER Vol. I. P. IV. Conf. II.
 HORN. Cl. I. Resp. 16. n. 15. BRVNNEMANVS, ad l.
 f. C de V. & R. S. n. 6. MENOCH. Conf. 277. n. 29. BE-
 SOLDVS Conf. I. n. 25. & seg. FRITSCH. de ſlip. C. 5.
 n. 49. si vero plures pari gradu fundatori iuncti repe-
 riantur, circumſtantiae a collatoribus probe ſunt per-
 penduae atque aetate prouectiores minus proue-
 ctioribus; Academici in ſcholis triuialibus moranti-
 bus RICHTER Vol. I. P. I. Conf. 50. p. 318. pauperiores
 ditioribus STRYKII Vſ. mod. π. Tit. de Legat. §. 28.
 NOB. DN. DE BERGER P. II. ſuppl. ad El. Disc. for. Cent. 3.
 Conf. 51. qui ſtipendium habent non habentibus:
 COTHMANN. Resp. I. Vol. 5. n. 184. eruditiores &
 magis idonei minus idoneis RICHTER Vol. I. P. I.
 Conf. 50. p. 317. pro re nata praeferendi videntur.

§. XII.

En igitur caſus, vbi ſubiecta quaedam ob prae- Quaefſor.
 rogatiuam alterius impediuntur, quo minus ſtipen- Deciſor.
 dium durantibus annis academicis conſequi poſſint:
 iam igitur quaeritur, quid ſtatuendum fit, an ſemel
 exclusi ſemper arcendi ſint? an vero abſolutis licet
 annis academicis adhuc ad ſtipendii perceptionem
 admittendi? Vbi meo quidem iudicio responden-
 dum videtur, quod ſi 1.) ſubiectum aliquod ius ex
 ſanguine quaefitum habeat, aut caeteris paribus ex
 adſinitate 2.) vere studioſi partes per omnia expla-
 verit, adeo, ut appareat non male locatum eſſe ſti-
 pendium & 3.) impeditus fit a proximiore pari iure

B 3

quaef-

quaesito gaudente, quo minus stipendium durante studiorum academicorum cursu consequi potuerit, omnino adhuc admittendus sit ac praesentandus ad stipendiis perceptionem.

§. XIII.

Rat. De- Sicuti enim semper primo loco respiciendum
cid. 1.) est ad mentem pacientium atque disponentium,
quod in- cum id, quod reuera intendatur & agatur, pro cau-
tento te- to sit habendum *l. 3. n. de R. C. l. 19. pr. Eod.* ita quoque
flatoris sit hoc loco intentio fundatoris pro norma ac lege esse
spectanda. debet & non tam verba eius captanda sunt, sed potius
 intentio spectari debet *l. 17. n. de LL. l. 16. §. 1. n. de*
Verb. S. Iam vero talis quisque praesumitur in mente,
 qualis per causam finalem ostenditur *l. 13. §. 2. verb. Etsi*
maxime n. de Excusat. Tut. fundati autem stipendiis causa-
 finalis duplex est, ut nimur studiis excolendis par-
 tim, partim vero familiae felicitatis adiumenta adderen-
 tur. Huncce vero finem non comprimi, sed potius
 adiuuari per admissionem iamiam defendendem, hoc
 est, quod iam nunc demonstrandum suscipio.

§. XIV.

Primaria Primaria itaque fundatoris intentio nulla unquam
inten- laude satis condecoranda ad promotionem studiorum
fundatori- atque aliquam laborum academicorum remuneratio-
ad studio- nem directa est, quo intuitu etiam salarii speciem es-
rum pro- se stipendium, supra §. 4. adserui. Hicce sane finis per
motionem nostram decisionem minime subuertitur; sicuti enim
directa ac- regulariter omnis remuneratio atque compensatio la-
que pro- borum iis demum praefititis debetur BOEHMER *de An-*
moneur. *no deseruio seu Salario promerito C. I. §. 8.* ita quoque si
 conce-

concedamus, quod stipendium statim ex intentione fundatoris sit soluendum, perinde tamen erit, an sua interim impertiat bona stipendiarius studiis prosequendis; perinde erit, an mutuo interim sumat ea, quae ipsi ad vitae academicae sustentationem necessaria sunt & postea ea, quae vel de propriis decerpit vel mutuo aliunde sumvit, iterum ex stipendio resarciat, ac si statim perciperet stipendium arg. l. 16. π. de solut. & liberat. vtroque enim in casu stipendium pro fundatoris dispositione ad sustentationem vitae academicae & studia excolenda impenditur: Fundatore enim disponente: relinquo stipendium familiae meae ad studia academica conuertendum, statim subsumi reto iudicio potest: atqui descendentes ex familia honorata, qui durantibus annis academicis illud obtinere minus potuerunt, interim vero aliquid de suis propriisque bonis impenderunt, vel aes alienum contraxerunt, ex stipendio vero postea soluto ea restituent, impendunt illud per demonstrata ad studia academica; ex quo prono, quod aiunt, alueo fluit; Ergo admittendi sunt, atque illis quoque relictum est stipendium.

§. XV.

Non aequo vero solum finis iste obtinetur, sed mouetur, etiam eximie promouetur per admissionem illius, qui ^{eo quod} studia iamiam felici euentu absoluit, si enim ^{partim} praefupponamus 1.) quod etiam stipendium familiae indignis possit denegari, licet hoc AHASV. FRITSCHIVS ^{optime vi-} in Tr. de Stipendiis & Stipendiatis. Cap. V. §. 30. ad eum ca- ^{deri posse,} sum perperam restringere videatur, si digniores ad- ^{an indi-}gnis confe- ^{ratur, nec} fint, ne.

sint, cum eadem sit ratio, si digniores deficiant, quod nimurum eiusmodi inepti & ad fruges consumere natu-
ti admisso fundatoris intentioni e diametro repu-
gnet. 2.) quod stipendii male locati non conceda-
tur conditio, nisi fundator aliud expresse disposue-
rit. B. HORNIUS Claff. I. Resp. XVI. n. 4. ubi praeind.
*Vid. etiam Rescriptum Elec̄t. Saxon. apud CARPZOVIVM
Ipr. Consistor. L. II. Tit. XXV. Def. 9. n. 16.* durantibus
vero annis academicis ineptitudo pariter ac morum
corruptio hominum inter summam vitiorum dissimu-
lationem quandoque vitiosissimorum non semper im-
mo rarissime appareat, & in fine annorum aca-
demicorum quam optime diiudicari possit, quid va-
leant humeri, quid ferre recusent; multo sane me-
liori ratione intentio fundatoris obseruabitur, si de-
negatur stipendium eiusmodi subiecto inutili finitis
annis academicis, quam si forte in indignum conse-
ratur.

§. XVI

*Partim
quod stu-
dioſi ſpe-
ciuuri
emolu-
menti ma-
gis acce-
dantur
quam
praesentis.* Sane cum sciant studiosi, diligentiam eorum ali-
quo praemio remuneratorio absolutis annis academicis
dignum atque e contrario se, si se non reddant dignos
illo stipendio, eo priuatum iri, mirifice excitabitur ani-
mus eorum ac inflammabitur ad studia eo allacriori
conatu suscipienda, ne forsitan indigni videantur col-
latoribus, qui consequantur stipendium, quod solis
honestis, piis, probis, bene moratis ac haud ineptis
dicatum esse, probe sciant l. 14. C. de statuis & Imag.
CARPZOV. Iurispr. Eccl. L. II. Def. 409. Quo ipso finis
fundati beneficii quam maxime promouetur, cum

cx

ex aduerso sublatis studiorum pretiis ipsa studia peritura videamus, *vti dicitur apud TACITVM Libr. XI. Annal. c. 7.* Quam plurimi enim parentum licet filium habeant, qui parem ad studia adfert & diligentiam ac indolem, sumtibus academicis deterriti illum, alias Palladi a natura quasi sacratum, Mauortis aut Mercu-
rii seruitio dicare, coguntur; quod forte non eueniret, si pecuniam ad vitae academicae sustentationem, mutuo interim sumendam aliquando se receptatu-
ros, spes aliqua supereisset: cumque fundator prae-
cipue eiusmodi hominum necessitatibus subuenire voluerit, iterum perspicuum est, intentionem funda-
toris per nostram decisionem magis promoueri, quam
per contrariam sententiam.

§. XVII.

Quod ipsum & ex eo satis eminet, quod abso-
lutis demum annis academicis, verum studiorum *non con-*
volumpracticum addiscere, eaque, quae hactenus theo-
retice tantummodo tractaueré, ad praxin deducere in-
cipient stipendiarii; si igitur ponamus, quod tamen *quod ex*
in veritatis praeiudicium minime concedo, quod sti- *fine inten-*
pendium reuera non studiis academicis impendatur, *tionis pro-*
sed potius in finem, quem sibi praestitutum habent
studia academica, quis dicet, hoc ab intentione fun-
datoris abhorre? Intendit enim iste studiorum pro-
motionem non ideo solum, vt istorum scientiam sibi
comparent, sed potius hanc sibi ideo ex intentione
fundatoris conciliare tenentur, vt eam ad praxin de-
ducere atque DEO, proximo & Reipublicae saluber-
rima praefata officia ac sibi ipsis quoque vitam red-
dere

C

dere possint per omnia felicem: immo stipendium illud
quasi salarium intuitu officiorum reipublicae praestan-
dorum constituit fundator; quis vero adserere vellet
salarium hocce non amplius deberi, cum illud revera
promereri incipiat stipendiarius. Vid. §. 4.

§. XVIII.

*Ex altera intentione, familiae emolumen-
tum familiae honoratae respicit, cuius intentionis in-
tuitu speciem fideicommissorum familiae esse stipen-
dium familiae, dixi supr. §. 5. Iam vero generaliter
cum loquatur fundator, generaliter quoque est intel-
ligendus, adeoque cum de propinquis locutus fue-
rit in genere, omnes etiam remotores ad perceptio-
nem stipendiī vocasse, putandus est. arg. l. 18. pr. π.
de Op. nov. nunc & omnibus concedenda est actio l. 3.
§. 9. π. de sepulcbr. viol. prouti quoque si quis a fratre
herede instituto petiit, ne dominus extra familiam a-
lienaretur, si non paruerit heres, fideicommissum
petent, qui in familia fuerint, si vero non eiusdem
gradus sint, ita res temperari debet, ut proximus
quisque primo loco videatur inuitatus, neque tamen
ideo sequentium causa propter superiores in poste-
rum laedi debet, sed his deficientibus & illi admit-
tendi sunt. l. 69. §. 3. π. de Legat. 2. BRVNNEMAN. ad b. l. 5 ad l. 57. §. final. ad SCium Trebellianicum n. 10.
Non quidem loquitur c. l. 69. π. de Leg. 2. de re cer-
tis personis ex familia ac statim temporibus praestan-
da, sed de tali, quae omni tempore & ab uno quo-
que possideri potest; sed nihil interest, siue certis
personis ac statim temporibus sit praestandum fidei-*

com-

commissum, nec ne, sufficiat nobis ex l. c. probasse,
quod, si familiae quid relictum sit, a proximioribus re-
motiores tantummodo ad tempus excludantur, quippe
quorum causa per proximiores in posterum laedi non
debeat, quia nimirum ratio cit. legis, nulla alia est,
quam quod omnes ex familia fuerint vocati, quae
cum etiam nostro in casu militet, eadem & ibi obti-
nero debet dispositio.

§. XIX.

Ex quo satis meo quidem iudicio apparet, *Quae ita*
per admissionem nostra decisione admissam nec dem pro-
huic intentioni fundatoris contraueniri, sed eam po- *mouetur*
tius eximie adiuuari, vtpote eo directam, vt omnes, *magis per*
qui ex familia honorata nascuntur & studiorum capa- *decisionem*
ces sunt, habeant ius percipiendi stipendium & qui- *nostram,*
dem nulla alia ex ratione, quam vt illorum felicitati *quam per*
promouendae consulatur. Huic testatoris desiderio *contra-*
nulla sane meliori ratione satisfieri potest, quam si *riam sen-*
medium excogitetur, quo admissi omnes reddantur *tentiam,*
participes beneficii a fundatore relicti : sed obiicies
forsan, quomodo utilitas promoueri potest, si studio-
sis subtrahantur nerui rerum gerendarum, studiorum-
que prosequendorum ? at quod differtur, non aufer-
tur ; nunquam desuturos fore, spero, qui necessaria
studiorum praesidia eiusmodi studioso subministrare
velint, si praesertim iste creditor ius suum circa
stipendi perceptionem quaeſitum cedat, vt mu-
tuata inde recipiat. Sane si contraria sententia obtine-
re deberet, fortunam suam quamplurimi negligere,
necessum habebunt, dum vel nimia festinatione ad

academica properabunt, ne forte postea a proximiori academiam quoque meditanti excludantur vel nimis sero & non prius se eo conferent ob metum sumtuum, quam ad perceptionem stipendii peruenire possint, ex quo sane nihil aliud prouenire potest, quam fastidium litterarum, negligentia & varia infortunia, cum tamen id, quod in fauorem aliquius est relicturn, in ipsis odium non debeat detorqueri. l. 6. C. de LL. l. 25. n. de LL. l. 3. §. 5. in fin. n. de Carbon. Edict. c. 61. de R. I. in 6to.

§. XX.

R. n. decif. Hisce argumentis accedit, quod stipendium fluctuat, quod dios relictum poscit concedi etiam scholaribus in stipendium scholis triuialibus adhuc commorantibus, propterea in dubio etiam quod priuilegia studiosorum iis quoque, possint applicari iuxta communem Doctorum opinionem & rationes in Auth. habita. C. ne filius pro patre, expressae concedi possit & illis optime conueniant, quamvis omnino aequitas rebeat. illis optime conueniant, quamvis omnino aequitas requirat, ut academicci preeferantur: sicuti pronunc. Ill. Scab. lenens. apud RICHTER, Vol. I. P. I. Conf. 50. p. 318. & STRVVIVM Iunior: in Theor. & Pr. Iur. Canon. P. II. Caf. 62. si igitur ex tantorum Doctorum opinione illi non indigni censendi sunt, qui plane inhabiles adhuc sunt ad studia academicca capessenda, quanto magis illum eo censemunt dignum, qui ea iamiam cum laude absolvit, cum satis superque ex hoc appareat, plane non praesumendum esse, quod fundator stipendii praeccise ad annos academicos respexerit.

§. XXI.

§. XXI.

Iniquissima sane per contrariam opinionem iis Rat. 3)
 deferretur conditio, quibus de meliori luto praecor. quod ini-
 dia finxit Titan; qui ex fundatoris voluntate spem quisimam
 non defutorum remediorum, ad studia prosequen- conditio-
 da sufficientium, conceperunt hand exiguum; qui spe nem re-
 ista freti studia academicorum quasi instrumentalia ac motoribus
 praeparatoria addidicerunt; quique demum nihil pri- deferat
 contraria us, nihil antiquius ac sanctius sibi duxerunt, quam opinio.
 vt per studia litterarum in talem statum perueniant,
 quo Deo & proximo saluberrima exhibere possint
 officia, si postea ad academica tendentes a proximiori
 adeo de spe sua absque omni delicto & vlla inter-
 uiente culpa deiici atque a stipendio, ipsis iure na-
 tuitatis competenti, excludi debeant, vt studia quan-
 doque cum opificio quodam commutare, necessum
 habeant, quo facto omne tempus, quod Palladi ha-
 ctenus sacrum esse iusserunt, perditum frustraneum-
 que est, quod aliis forsitan artibus meliori cum fructu
 tribuere potuissent.

§. XXII.

Porro iura nostra in dubiis benigniora semper Rat. 4)
 praeferenda volunt l. 56. n. de R. Iur. l. 18. n. de LL. quod sa-
 l. 168. pr. n. de V. S. vnde fauores conuenit ampliari uorabilia
 & odia restringi c. 15. de R. I. in 610. Non quidem me fint exten-
 fudit, hasce regulas a Viro Celeberrimo, Christiano denda.
 Thomasio, tanquam falsas & ineptas iuris fuisse; in-
 geniosissimum quoque, quod hac in controuersia te-
 status est magous togatae militiae Heros ingenium
 miror, cui an Vincentius Plaeccius, Hamburgensis, fa-

tisfecerit, aliorum sit iudicium : verum pro libertate sentiendi fauorabilia & benigniora in citatis textibus dici puto, quae bonum & reipublicae salutiferum finem sibi praestitutum habent, adeoque nihil aliud indigitari, quam quod, si in casu interpretationis extensiuae magis promoueatur vtilitas reipublicae, quam si restringatur aliqua locutio, extensiuae interpretationi locus sit concedendus & vice versa : iam vero reipublicae interest, ne studia maneant inculta, ne praemia desint bene meritis ; studiorum vero cultum magis promoueri per admissionem in quaestione heic constitutam, iam supra demonstrauit, ergo extensiuae interpretationi omnino hic locum concesserim, praesertim cum etiam reipublicae magis expediat, si quis in iure suo quaesito (dubio licet, ex hypothesi aduersariorum) conseruetur, quam si extraneus, qui plane nullum ius ad stipendiis perceptionem habet, ad beneficium admittatur, aut quis contra aequitatis manifestam rationem excludatur.

S. XXIII.

*Deciso
praeiudi-
ciis con-
firmatur.*

Atque ita pro hac tenus defensa sententia responderunt non solum ICTI Vitembergenses apud HORNIVM Cl. I. Resp. 16. p. 30. ibi : So ist ermeldeter S. euren Sohne billig vorzuziehen, es ist aber diesen das Stipendium in Zukunft, wenn er gleich seine 3. Jahre auf Vniuersitäten bereits erfüllt, und sodann daselbst nicht länger lebet, in Ansichtung, daß er wegen eines andern nicht darzu gelangen können, und doch die sumitus von etich aufgewendet werden müssen billig zu reichen : sed etiam aliquoties per Clementissima Rescripta ex Summo Senatu

Senatu Ecclesiastico Dresdeni emanata solatio iniuncta fuit iis personis facienda, quae dudum in officio publico constituti fuerunt, prout ex Actis publicis percipere licuit.

§. XXIV.

In contrarium vero etiam sententiam pronunciatum idem Ill. Ictorum Vitembergensium ordo testante Nobili Dno de BERGER P. II. suppl. ad El. Disc. for. Consil. si. p. 1474. ibi: So mag auch solches vorgesetztes Geld aus der stipendien Casse mit Recht nicht gefordert werden, sondern es sind diese stipendien denjenigen, so nach Erreichung des 18. Jahres auf Vniuersitaten würdiglich studiren, denen fundationen nach billig & ratio zu reichen. Idque ex sequentibus fere rationibus, quod 1.) pro conanimirum 1.) fundator stipendum in subsidium capessendorum studiorum, non vero in absolutorum prae-mium considerit, eius autem intentio sanctissime obseruari debeat: sed consecutionem non adeo validam esse puto, quod illa, quae ad studiorum academorum prosecutionem legata sint, non possint istis absolutis exsolvi: supra enim iamiam probatum de-praecium di, reuera studiis academicis impendi stipendum, si conditum quis vel de propriis interim vel aliunde mutuatis sit. vitam durantibus annis academicis sustentauerit: sane Responsi valeret consecutio, quod illa, quae ad studia academica legata sunt, finitis annis academicis peti non queant, sequeretur, quod etiam illo casu, si per appellationem quis impedierit exsolutionem stipendii (quod quidem iure fieri posse, ex argumento ab aliamentis ducto negandum MEIER Colleg. Argentorat.

Tit.

*Tit. III. de appellat. non recip. th. 4. n. ii. MEVIVS P. III.
Dec. 37. n. ii. LAVTERBACH. Colleg. Theor. Pr. π. Tit.
de agnosc. & alend. Lib. th. 19.) vel id alio modo fiat,
Vid. GOCKELIVS de Legat. & donat. ad stipend. §. 15.
stipendum peti non posse, quod tamen analogiae iu-
ris quam maxime contrarium esse, puto: sufficit enim
quod illud probe perfecerit admittendus, quod ipsi se-
cundum fundationem peragendum incubuit. AHASV.
FRITSCH. de stipendiis & stipendiis C. IX. n. 33. p. 81.*

§. XXV.

*Obi. 2)
quod ali-
menta, &
deoque &
stipendia
praeterita
peti non
posint.
Responsio.* Secunda ratio, quae pro contraria sententia ad-
ducitur, est, quod studiosis alimentorum causa re-
lictum sit stipendum, alimenta vero, quae quis du-
terita, pro alimentis nec haberi, nec ex stipendio ut re-
farcientur, postulari posse: at si maneamus, in prae-
supposito, quod stipendum quasi ad alimenta lege-
tur, cum ptaesertim argumentum omnino valeat ab
alimentis ad stipendia MEIER c. l. distinguendum est
inter alimenta praeterita ex officio iudicis & ex iure
actionis seu, ut clarius loquar, ex pacto, promisso, te-
stamento aut alia dispositione priuata debita, illa
quidem non debentur per ea, quae habet CARPZOV.
P. III. Conf. 10. def. 30. bene vero haec, prouti rationibus
& praeiudiciis probat laudatus CARPZOVIVS P. II.
Conf. 10. def. 31. & Libr. IV. Resp. 58. quod vero sti-
pendia semper vel ex promisso vel testamento aut alia
dispositione priuata debeantur, adeoque omnino pe-
ti possint, etiam praeterita, nemo forte ambiget.

§ XXVI.

§. XXVI.

Tertia ratio, quae communiter obiicitur, eo *Obi. 3)*
 redit, quod successu temporis crescentibusque familiis, eiusmodi fundationes plane periturae sint, si omnes omnino propinqui admitterentur. Inesse ali quam huic rationi speciem, fateor, & optandum esset, ut inspectores stipendiorum ipsorum officio absque passionibus atque respectu personarum melius adfissent, eosque solummodo adhiberent, quos ipsa natura ad honestatem ac eruditionem fixit, quique artes illas, quae ab altioribus studiorum generibus presupponuntur, probe perceperunt; certissime persuasus sum, hunc metum sponte sua ruiturum: sed pia sunt, scio, desideria. Interim, si praesupponamus, 1.) quod deficientibus studiosis ex familia oriundis *Responso.*
 stipendii capacibus pensiones seponi atque honesto lucro exponi debeant, adeoque stipendum hac ratione augeatur, *iuxta §. 7. 2.)* quod stipendum primario agnatis concedi beat *iuxta §. 9.* & iis demum deficientibus illi tantummodo cognatorum admittendi sint, qui reuera & actu litteris academicis incumbunt, (caeteri enim neque tempore exsolutionis adquirere possunt ius aliquod percipiendi, cum eo tempore litteris non vacent, neque illud potuerunt tempore vitae academicae, cum cognatis ius ad stipendum deferatur deficientibus demum agnatis,) his, inquam, praesuppositis non video, quomodo fundationes eiusmodi sint interiturae: sit etiam, quid sit, hicce metus interiturae fundationis vnicè se fundat in negligentia inspectorum, executorum & collato-

rum fundati beneficij, quae sane ius ex natuitate & sanguine praestitum interuertere minime potest. arg.

I. 8. 2. de R. I.

§. XXIV.

Obl. 4.) Quarto demum etiam oblicitur, quod in pente-
tentis voluntate positum sit, an tempore perceptio-
nis se iterum in academiam conferre velit, quo facto
ipsi stipendium denegari posse, negant, licet etiam
perceptioni vigesimum aut trigesimum aetatis annum expleuisse
petentes, *Vid. NÖB. DN. DE BERGER P. II. suppl. ad El. D. F.*
dum non Conf. 51. p. 1468. & 1475. ubi praevd. quod, cum non fa-
academi- ciat, renunciasse censeri stipendio, aiunt: sed an hoc
am repe- ipso fundatoris intentio obtineri possit, maxime du-
tunt, *bito; certe studiosum 30. vel 40. aetatis anno in aca-*
demiis morantem, stipendiis iuuare, nescio, an pie-
titatis vel potius impietatis opus sit: Vid. WESENBE-
CIVS P. II. Conf. 80. n. 5. verissimum enim illud Poëtae:

Hansellus quicquid non teneris dicit in annis

Hans nunquam dicit, semper inceptor erit.

Hoc unicum vero reponam, quod frustra consentire
& renunciare praesumatur, qui expresse dissentit, aut
ius suum sibi integrum conseruare annititur.

Ampl. §. XXVIII.
decif. 1.) Hisce ita se habentibus firmissimo tali stare sen-
si funda- tentiam hactenus defensam, puto: plane si 1.) funda-
toris tem- pestate collatum exsolutumque
iamiam fuerit stipendum ei, qui studia iamiam absoluimus, nul-
collatum lum dubium suboriri potest, quin idem in posterum
fuerit si obseruandum veniat; hoc ipso enim fundator, modo
cam

eam collationem sciuerit, siue illam tacite siue ex-pendit
presse approbauerit. l. 3. π. de Reb. Cred. l. 94. π. de V. O. iis qui fissa
interpretatur fundationem, quae interpretatio, tan-dia abso-
quam authentica ratione valoris pari cum fundatio-ni
ne passu ambulat, licet id etiam in fundatione ex-
presse fuerit prohibitum, modo eo in casu, si per
pactum stipendum fuerit constitutum, illorum, quo-
rum interest, consensus accedat.

§. XXIX.

Idem 2.) pronunciandum, si pacto expresso fue-Ampl. 2.)
rit introductum, ut etiam illi admitterentur, qui stu-si pacto ex-
dia iamiam cum laude absoluuntur. Qui statuunt presso illud
quod eiusmodi admisio fundationi contrarietur, ple-sit confi-
rumque etiam aiunt, quod pactum illud mini-tutum.
me fit ferendum, cum fundatio pro norma ac lege sit
obseruanda: vti vero supra iam §. 17. & seq. satis lu-
culenter demonstrui, dictam admissionem fundato-
ris intentioni neutiquam esse contrariam, per se cor-
ruit argumentum contrasentientium. Sane si stipen-
dium in emolumentum studiorum conuertatur, ne-
mo interesse aliquod contradicendi habet, quam fa-
milia, cui relictum est stipendum, quippe in cuius
fauorem vnicre relictum est beneficium; hinc etiam
familia honorata illi in totum renunciare potest. l. 88.
§. 5. de Legat. 2. l. 71. π. ad L. Falcid. l. 46. π. de Pact.
l. 29. C. eod. argumento, quod & fideicommissum fa-
miliae consensu omnium, qui ad illud adspirare pos-
sunt, posit tolli. l. 120. π. de Leg. 1. l. 11. C. de fideicom-
missis. Nouell. 159. pr. & c. 2. & 3. RICHTER. Vol. I. P. VI.

D 2

Conf.

Conf. 3. p. 46. n. 15. quamquam alii putent, quod posteris neutquam praeciducari poscit, cum ipsis iure sanguinis competit stipendium, quod ius quaesitum ipsis inuitis non poscit afferri, praecipue cum hoc legatum ipsis demum deferatur, quando perceptionis tempus eos attingit, pater vero illo legato, quod filio post ipsius obitum defertur, non renunciare poscit, quia stipendium annuatim praestandum, annuae vero praestationes, si legentur, tot intelligentur legata, quot anni *I. 5. 8. & 17. n. de ann. Legat.* MENOCH. *L. IV. praef. 132. vid. STRYK. Vf. mod. n. L. XXX. §. 28. p. 899.* sicuti vero etiam res propriae heredum per fideicommissum relinqui possunt. *I. 25. C. de fideicommissis* adeoque ex hoc eminet, quod etiam heredibus in iure proprio praeciducari poscit. SCHILTER. *Prax. Iur. Rom. in foro Germ. T. II. in App. resp. p. 914.* ita ad argumenta pro contraria sententia addata, per instantiam responderi potest, nimirum feudum antiquum a patre alienatum a filio ex iure successionis non potest revocari, quamvis iure sanguinis ipsi successio in illud post fata parentis deferatur RICHTER. *Vol. I. P. III. Conf. 25. p. 143.* quia iure hereditario in feudo succedit: sic etiam ius percipiendi stipendii iure hereditario adquirunt per patrem & mediante patre, qui omnino & annuis legatis renunciare potest, cum illud nusquam sit prohibitum, adeoque posteri, cum tanquam heredes facta parentum praestare teneantur, renunciationi eorum contraenire non possunt. Hoc presupposito, quod nimirum in totum renunciare possint stipendio, non video, cur ei, cui plus

plus licet, non etiam licere debeat & minus *l. 21. n. de R. I. l. 10. ibid.* pactum enim hocce nihil aliud continet, quam renunciationem ad tempus factam, quam nemini praejudicat familia, quam sibi ipsi, posterisque suis. Et quare pactum pro illicito habebimus, in quo nihil aliud cautum dispositumque est, quam quod legibus ac iuris analogiae ex omni parte consentaneum fuisset, licet pactum non adsuisset, per ea, quae hactenus deduxi.

§. XXX.

Magis vexata illa est quaestio, an per pactum ^{3.)} *Ampl.* liceat admissionem in quaestione heic constitutam ^{licet pro-} stipulare, si illam fundator expresse prohibuerit? si ^{fundatori} bibito onnes consentiant, quorum interest, non dubito, ^{in contra-} quin adfirmando sit quaestio. Si itaque stipendum ^{rium ex-} omnibus, qui ex familia supersunt, pactum eius- ^{tet.} modi probe constitui potest, cum nemini prae- iudicetur, quam consentientibus, eorumque po- steris, qui fauori pro se introducto renunciare pos- sunt, adeo, ut etiam testator illud prohiberi non pos- sit *c. l. 88. §. 5. n. de Leg. 2. l. 71. n. ad L. Falcid. l. 29.* *C. de Pactis RICHTER Vol. I. P. VI. Conf. 3. p. 57. n. 42.* praecipue cum eiusmodi prohibitio facto contraria videatur, quae nihil operatur, impedit potius enim intentionem ad utilitatem studiorum & familiae di- rectam, quam eam promouer, prout supra iam de- monstratum est; neque quisquam interesse aliquod huic pacto contradicendi habet, cum sola familiae utilitas hoc loco in censum veniat per deducta in §.

Limit:

14. seqq. nec villa ratio reddi potest, cur fundator
talem admissionem intentioni ipsius quam maxime
consentaneam admittere noluerit. Si vero si-
pendium familiae sit mixtum, adeo, ut substituti sine
extranei & hi in eiusmodi pactum ineundum con-
sentire nolint, aliud dicendum videtur, quia hoc
casu interesse contradicendi extraneis competit, quip-
pe quorum studia promouere voluit fundator, si de-
ficiant actu studentes ex familia, quae intentio san-
ctissime custodienda venit.

§. XXXI.

Ampl. 4.) Ea, quae de pacto expresso dixi, etiam 4) ad ob-
seruantiam atque praescriptionem extendenda sunt,
cum taciti eadem sit vis, quam quae expressi *l. 3. n. 21.*
de Reb. Cred. l. 94. n. 21. de verb. obl. l. 1. pr. de Tribut.
Act. l. fin. quod cum eo, qui in alien. l. 7. de Pecul. & ob-
seruantia optima, fidissima, verissima, certissima, in-
fallibilis, immo regina omnium interpretationum
ICtis dicitur. BVRSATVS *L. II. Conf. 162. n. 31.* quin
verba dispositionis potius offendenda ac improprianda
esse, quam ab ea interpretatione recedendum,
quae fit per obseruantiam, etiamsi verbis & iuri con-
traria sit. SCHRADER *Confil. I. n. 256. 258. Confil. III.*
n. 220. Conf. XII. n. 123. Conf. XIV. n. 190. VVLTEIVS
Vol. IV. Confil. Marpurg. II. n. 102. Conf. XXV. n. 114 Conf.
XLVI. n. 37. praesertim cum leges per obseruantiam
mutari possint, quidni idem etiam de dispositionibus
priuatorum dicendum? cum illae quidem ratione va-
loris legibus quodammodo comparentur, verum eas
superare non possint *v. l. 32. in f. n. de LL. GOCKE-*
LIVS

LIVS de Legat. ad stipend. §. 24. Hinc quoque Summus Senatus Ecclesiasticus Dresdensis studiosis, iuris studio incumbentibus, stipendi perceptionem ex capite obseruantiae & praescriptionis decrevit, quamvis stipendium expresse in fundatione Medicinae ac Theologiae studiosis relictum erat, prout ex actis videre licuit.

§. XXXII.

Praeterea quoque §.) nostra decisio ad eum casum extendenda est, quando quis stipendum sibi de iure competere ignorauit atque ignorans remotores gradu admiserit. Aliud quidem dicendum, si sciuere beneficium ipsum, nesciuenter vero, se proximiori praे reliquis cognitione fundatorem attingere, cum iura vigilatibus sint scripta & ipse sibi imputare debat, quod non sciscitatus fuerit, proximiorne ipso, an vero remotior eo tempore gauisus fuerit stipendio, quod dum non fecit, quod faciendum ipsi incubuisse, iuri suo renunciasse censemur. arg. l. 6. & 7. C. de Remiss. pignor. c. 86. de R. I. in 6to. Eodem vero argumento contra ignorantes, stipendum legatum esse, vtuntur Scabini Lipsienses apud NOB. DN. DE BERGER P.I. Sup l. ad E.D.F. Tit.XL. p. 471. at enim vero sicut ignoti nulla cupido esse potest, ita quoque iuri plane ignoto renunciari non potest, l. 76. π. de R. I. l. 48. §. 3. π. de Furt. l. 2. in fin. Sol. Matr. cum de illo plane non cogitare potuerit, neque vlla vnuquam obligatio singi posuit, quae studiosum obstringat, vt perquirat, an detur quis in hoc vniuerso, qui stipendum ipsi legauerit: modo praescriptione nondum completa sit, ad quam in Conf. El. Sax. V. P. II. 44. anni quad quoad pias causas requiruntur,

quibus

quibus profluxis ne quidem ex capite ignorantiae restitutio in integrum peti poterit, per *Conf. El. Sax. IX.*
P. II. Atque in hanc sententiam responderuut ICti Vitembergenses apud NOB. DN. DE BERGER c. l. p. 472.
 ibi: So erscheinet darans allenthalben so viel, daß wenn ih^e und euer Sohn völlige 3. Jahre auf Vniuersitäten studiret, hiernechst, daß ihr beyderseits von dem stipendio und Testamente sonst nichts gewußt, sondern davon erst vor kurzer Zeit Nachricht bekommen, eydlich erhalten und so viel eure Person betrifft, die Verjährung wegen eines und des andern Jahres euch nicht in Wege steht, euch beyderseits das volle stipendium billig zu reichen.

§. XXXIII.

6.) Ampl. Idem quoque 6.) dicendum, licet fundator dixerit, licet aca- es sollten es Studiosi oder Academicci, so würcklich auf Vni- demicis si uersitätēn lebten, geniessen, ingleichen es sollte das Stipen- relatum dium auf Academien verstudiret werden, item, es sollte sezi- stipen- den Freunden, wen̄ sie auf dieser oder jener Vniuersität studi- dium. ren würden, gegeben werden; cum enim intentio fundatoris emolumentum studiorum & familiae praecipue respexerit, eaque quam maxime per admissionem haec tenus de- fensam promoueatur, potius praesumendum arbitror quod fundator hisce verbis solummodo habiles ad aca- demica studia capessenda requirere, voluerit; praeterea quoque in nostro casu academicos reuera anticipando frui stipendio, quod interea forsitan aliunde mutuantur, licet exsolutio demum finitis annis academicis fiat, superius probauit: si vero certa academia denominata fuerit, perceptionem stipendi non ad annos academicos restringere, sed per modum conditionis locum determi- nare

nare voluit fundator, vbi studiosi, qui ad stipendium
adspirare volunt, studia tractare debeant.

§. XXXIV.

An vero ille, qui iam officiis publicis admotus atque salario sufficienti instructus est, stipendium illud, quod durantibus annis academicis consequi haud potuit, adhuc petere posit? dubium videtur, eo quod stipendium, ceu salarii alicuius species, quod intuitu servitorum reipublicae praeflandlerum pendi diximus, 7.) licet officio publico iam plenus salariū iam nunc accipiat & quod fundator eum potius stipendio iuuare velle, præclumatur, qui aliunde non habet, quo vitam academicam ducere poscit: verum sicuti stipendium etiam in compensationem laboris academicī soluitur & salarii quoque residuum ob maius adeptum salariū minime denerari potest, praeterea quoque iniquissimum esset, si quis ideo beneficio sit priuandus, quia se dignum habilem redidit, qui reipublicae officia sua cum fructu dicare poscit & si forsitan salariū ad ea, quae studiorum academicorum intuitu consumfit, resarcienda impendere cogeretur; ita quoque fundator verum familiae fideicommissum constituit, a fideicommissō vero familiae quemquam ob munus adeptum excludi debere, nusquam in iure nostro cautum est: quare etiam patrem cum filio ad stipendii familiae perceptiōnem admittendum esse, pronunciauit Fac. Iur. Vitemb. iuxta præiudicium §. 33. relatū; respicias quoque, si lu-
bet, ad finem §. 23.

E

§. XXXV.

§. XXXV.

§.) licet sit
Stipend.
fam. mix-
tum.

Nostra decisio 8.) etiam ad stipendum familiae mixtum extendenda est: quamvis enim tunc a fundatore deficientibus ex familia oriundis extranei substituti sint; non tamen, praesuppositis terminis habilibus, haec conditio adesse praesumitur: adsunt enim nostro in casa subiecta ex familia oriunda, quibus concedi potest ac debet stipendum familiae iuxta deducta in §. 13. seqq. quae, cum maiori prae ceteris extraneis complecti videatur fundator amore l. 108. n. de R. I. iis omnino quoque pro praesumpta intentione fundatoris preferendi veniunt. Vid. §. 6.

§. XXXVI.

Limit. 1.)
si quis
moriatur
ante per-
ceptionis
tempora.

Sunt, qui statuunt, nec heredibus esse denegandum stipendum eius, qui absolutis annis academicis fato praevuentus ad illius perceptionem adspirare non potuit, quia reuera & illis tantum decedat per exclusionem defuncti a proximiori factam, quantum forte intuitu & spe illius stipendi de suis consumsit, aut aeris alieni contraxit. Verum hoc ex intentione fundatoris neutquam heri posse, puto, quippe qui ea ex ratione stipendum legavit, ut illo adiuti eum in statum peruenire possint percipientes, quo DEO proximoque saluberrima officia praestare, propriamque vitam felicem reddere possunt, haec ratio cum deficiat in defuncto, non praesumendum est, quod fundator stipendum ipsi aut heredibus conferri voluerit. Sane stipendum in diem incertum, an & quando extiturus sit, relictum est, nimur si deficiant proximiores agnati & ipse, cui conferendum sit stipendum, sit proximus, eiusmodi vero

VXXX. 2

vero dies habetur in iure nostro pro conditione l. 30.
 §. 4. in fin. π. de legat. 1. l. 38. §. 16. π. de Verb. Obl. l. 4. l. 21.
 l. 22. π. quando dies leg. cum itaque haec conditio des-
 ciat, nescio, quo iure praetendere queant heredes, vt de-
 functo, de quo, quod proximus sit, dici non potest, aut
 ipsis conferatur stipendum v. l. 21. C. de Fideicom. ibique
 GOTHOFREDVS lit. o. p. quare potius limitandam
 puto hoc casu nostram decisionem.

§. XXXVII.

Idem quoque dicendum, si quis absolutis annis acade- Limit. 2.)
 micis studiis neglectis aliam amplectatur professionem; quod si quis ali-
 ipsum non modo procedit, si studia nondum absoluta reli- am pro-
 querit, de quo casu loquuntur CARPOZOVIVS P. III. Conf. 13. fessionem
 def. 26. PHILIPPI Vsp. Inſt. L. II. Tit. 20. §. fin. Ecl. 93. p. 489 amplecta-
 qui ambo idem praeiudicium adferunt LYNCKERVS in Analētis tur.
 ad Struvii Synt. Iur. Ciu. L. 34. Tit. 4. tb. 81. in fin. sed etiam
 si studia iamiam ex voto absoluunt, postea vero iis posthabiti-
 bus aliam professionem eligat: non enim fundatum est stu-
 pendium, vt studia probe absoluta obliuioni tradantur, sed
 vt ex eis fructus reuera quaerantur optati, cum prae sumi
 non possit, fundatorem illi concedi voluisse stipendum, qui
 absque illo fructu litteris vacat; cessante igitur ratione fi-
 nali ipsum quoque legatum cessat. l. 73. π. ad SCium Trebell.
 & mutata causa mutatur etiam ius occasione eius introdu-
 etum l. 1. π. de Condit. sine cauff. l. 52. C. de SS. Eccles. Ne-
 que conditionem in fundatione expressam impleuisse cre-
 dendus est talis apostata, quamvis enim verbis, prout iacent,
 satisfecerit, mentem tamen ac intentionem fundationis
 per apostasiam plane negligit contra c. 86. de R. I. in 60
 AHASV. FRITSCH. in cit. Tr. de stipend. C. XI. §. 7. at vero
 si post perceptionem plenam stipendiū alii arti se se dicat,
 repeti non posse stipendum puto, sufficit enim quod tem-
 pore collationis tota mente litteris, vitam ex iis lucraturus,

operam dederit & factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat a quo non potuit inchoari c. 73. de R. I. in 6to sicuti quoque, si cui quid datum, quia aliquid fecit, plane cessat repetitio, licet causa etiam plane sit falsa, ut si quis putauerit, aliquem studiis incumbere, licet id falso sit. l. 52. π. de Condit. indeb. v. l. 33. in fin. π. cit. tit. l. 1. §. 2. π. de superfic.

§. XXXVIII.

Limit. 3.) Ita quoque si cognatus ab agnato; affinis a cognato immo^{si cognatus} peditus fit tempore vitae academicae, quo minus stipendii ab agnato perceptionem consequi potuerit, neque finitis annis academicis ei stipendium concedendum puto, quia deficientibus demum agnatis vocati esse intelliguntur, adeoque tempore vitae academicae ius radicum non habuerunt, quippe quod ipsis demum deficientibus agnatis & respectiū cognatis adquiritur; neque enim de iis dici potest, quod intuitu dicti iuris quaesiti quicquam de suis aut aliunde mutuatum impenderint, Vid. quae dixi §. 9. & 26. quapropter si deficiant agnati, cognatorum proximus, ea tempestate actu litteris academicis vacans, admittendus est, atque adeo agnati ab agnatis, cognati a cognatis, affines ab affinis exclusi tantum admissionem ad stipendium iure meritoque postulare possunt, nisi forte iterum agnatus interueniat, quem praferendum supra in §. 9. latius deduxi.

§. XXXIX.

Epilogus. Tantum sufficiat in praesentiarum. Quamuis vero me in hac materia longe utilissima quaestioni defensae ex aſſe satisfecisse, non putem, spero tamen, quod, si forte ideo, quod librorum meorum in cistis pro tempore quiescentium copiam non habuerim, aliquid minus scitè ac curatè scriptum videri posfit, B. L. aequam interpretationem leuitati meae haud negaturus sit. Deo vero Ter Optimo, Maximo pro concessis viribus sit laus honor & gloria.

F I N I S.


EMENDANDA

Pag. 5. lin. 13. imitent lege imitentur. pag. cad. §. 6. lin. 1. de-
cisionem lege divisionem. pag. 6. lin. 28. Praef. lege Praef pag. u.
lin. 5. Freunde lege Freunde. pag. 14. §. 13. lin. 14. defendendem
lege defendendam. pag. 20. lin. 2. meditanti lege meditante.
pag. 24. §. 25. lin. 8. ptaesertim lege praesertim. pag. 29. §. 3.
lin. 11. prohiberi lege prohibere.



Jena, Diss., 1729

X 239 7903



75
B.I.G. numm 43.

24
P. 29. 18 A

PROBLEMA IVRIS ECCLESIASTICI,
AN

**STIPENDIVM FAMILIAE EI
SIT CONCEDENDVM, QVI OB
PRAEROGATIVAM ALTERIVS ILLVD
DVRANTIBVS ANNIS ACADEMICIS
CONSEQVI HAVD POTVIT?**

AFFIRMATIVE DECISVM, 1729, 22

IEHובה IVVANTE,
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. GVILIELMO HENRICO

DUCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
ET WESTPHALIAE RELIQUA

MODERATORE,

DN. IOH. CHRIST. SCHROETERO,

HEREDITARIO IN WICKERSTEDT,
ICTO ET ANTECESSORE CONSVMMATISSIMO, SERENISSIMOR. DVC. SAX.
CONSILIARIO, CVRIA PROVINCIALIS ET COLLEGIORVM IVRIDICORVM
ASSESSORE GRAVISSIMO,

PATRONO ATQVE PROMOTORE SVO AETATEM
DEVENERANDO,

PRO GRADV DOCTORALI

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI, IN ACRONTERIO ICTORVM INSTITVENDO,
SUBMITTIT

CHRIST. AVGUST. HENRIC. Heydenreich,

ADV. SAXON. ELECT. IMMATR.
DIE V. OCTOBR. M DCC XXIX.

16
IENAE, LITTERIS MVL
UNIVERSITATIS
ZVHALLE